

Principis in capitulo separato quando est in parte, que non causat principaliter concessionem gratia, sed Papa aliunde movetur. At illa grammatica operatur, ut totum rescriptum videatur extra voluntatem Principis; secundum ea, que dicta sunt supra num. 1. & ita post Abbatem in c. Sedes infra eodem. Ad predictam objectionem respondet Felin hic num. 2. qui amplius ad regulam hujus decretalis ponit quinque ampliationes, & 11. limitationes, quas per te videas. Et ultra eum limita duodecimo eandem regulam, ut locum habeat si falsis latinitas sit in parte, in qua Princeps rescribit: focus vero sit in supplicatione, & narrativa partis, ut per Joan. de Imol. de cons. 133. num. 5.

Ex facto questum est, an littere in forma Brevis, quibus tribuitur facultas testandi & transferendi pensiones, ex omissione registrationis in Camera censentur nulle quoad utramque facultatem, an vero quoad facultatem testandi duntaxat.

Facultas testandi, que registrari debet in Camera nullam habet connexionem cum facultate transferendi; ideoque omissione registrationis, etiam admittit fidem Brevis quoad facultatem testandi, non tamen censetur illam admovere quoad facultatem transferendi: nam quoties separata sunt Capitula, quamvis ex aliquo defectu scriptura non probet quoad unum, potest tamen probare quoad alia, Gloss.

in l. Si ex falsis in ver. Nisi forte, Cod. De transact. quam dixit Alexand. ibid. n. 4. in iudicio observari & omnes ad eam recurrere. Quod sine dubio procedit, quando defectus non provenit ex dolo illius, a cuius autoritate fides scripturae dependet, prout non provenit in casu nostro, Rota decij. 3. de fide instrum. in antiquis, Bart. Angel. & alii apud Anton. Gabr. comm. concl. de crimin. concl. 3. n. 2. Legista in d. l. Si ex falsis & Canonice in c. Fraternalitas infra de hereticis. Dec. in cons. 317. num. 7. & 8.

Neque obstat, quod fides instrumenti sit indivisibilis, ut dictum est supra num. 5. quia respondetur id procedere, quando agitur de defectu fide persone adfueruntis fidem instrumenti, tunc enim si persona non creditur, ut puta notario in uno Capitulo, nec credi etiam debet in alio, cum ab eisdem persone autoritate dependant. Imo, quod plus est falsitas, defectus fidei usus instrumenti insit etiam in alia instrumenta. Ita loquuntur Doctores in l. Si ex falsis: Et ita accipi debet quod dicitur in l. Si ex falsis esse indivisibilem. At in casu nostro fides instrumenti esse indivisibilem. At in casu nostro fides instrumenti esse indivisibilem. At in casu nostro fides instrumenti esse indivisibilem.



DE RESCRIPTIS

Innocentius III. electo Decano, & N. Canonico Cameracensi.

CAPUT XVIII.

Causam quæ inter Præmonstratensem, & Præmonn. Ecclesiam super possessionibus de Anapia vertitur: & infra. Quia in litteris animadvertimus fuisse incertum, quod si alterutra partium citata legitime præsentiam vestram adire vel iudicio vestro parere condemeret, vos præsentis partis probationes recipere, & quantum de jure poteritis, in causæ cognitione, ac decisione procedere minimè tardaretis. Nos volentes, ut clausula illa (quantum de jure poteritis) quæ antequam de probationum præcedat: Mandamus quatenus ipsam intelligentes ibidem, in causa juxta tenorem litterarum procedere non tardetis, provisuri ut si litterarum autoritate priorum, in eodem negotio legitime est processum firmum & stabilem perseveret; alioquin in occasione clausulæ memoratæ aliquid consulerit in alterius partis præjudicium attentatum id vobis decernimus caditurum: mandantes ut in decisione ipsius negotii (sic præmissum est) tam super principali, quam super incidentibus questionibus, appellatione remota, canonicè procedatis.

SUMMARIUM.

- 1 Ordo rescripti interpretationem recipit à Jure Communi.
2 Clausula in rescripto positiva debet ad statum Juris reduci ubi non que sita reperitur.
3 Ordo sensus & intellectus magis servandus, quam abusivus ordo verborum.
4 Rescriptum Principis debet reduci ad terminos Juris Communi, etiam impropiando verb. Et quid in privilegio, num. 7. & seqq.
5 Rescripta contra Jus elicta, nisi aliud appareat de voluntate Principis, non valent & n. 31.
6 Rescriptum conceditur ad Jus Communi observantiam, & aliis transit in Privilegium.
7 Privilegia sunt restringenda, ut minus laedant Jus Commune, quam fieri possit, dum tamen aliquid conferant quantumcumque minimum & n. 24. & 26.
8 In quantum tangunt Jus concedentis sunt latissime interpretanda.
9 Sed in quantum tangunt Jus tertii, sunt restringenda, & n. seqq.
10 Gratia Principis ita est interpretanda, ut non nocent, tertio.
11 Amplia primo etiam in gratia concessa miserabilibus personis.
12 Amplia secundo etiam in gratia concessa Regibus.
13 Amplia tertio etiam si præjudicium sit modicum, n. 15. sed contra, n. 16.
14 Amplia quarto etiam, quando rescribitur motu proprio, n. 17.
15 Amplia quinto, etiam si aliis gratia nihil conferret, n. 24. & 26.
16 Amplia sexto, etiam si oporteat recedere à proprietate verborum, n. 27.
17 Limita nisi verba sint adeo clara, ut cesset omnis ambiguitas, n. 34.
18 Privilegia Regum in dubio sunt interpretanda, ut minus derogent Juri Communi & Superioritati Pontificie.
19 Motus proprius non firmat privilegium contra Jus alterius.
20 Licet præsertet à subscriptione, non tamen operatur remotionem Juris alieni.
21 Princeps non intendit Juri alterius derogare.
22 Clausula ex certa scientia & de plenitudine potestatis sante intentionis defectu nihil operatur.
23 Intentionis defectu semper opponi potest, licet in motu proprio sublata sit facultas de eo dicendi.
24 Onus tamen probandi incumbit alleganti.

- 25 Verba rescripti tolerabilis est, ut nihil operetur, quam ut aliquis indebitè damnum patiarur.
26 Privilegium, ubi non agitur de præjudicio tertii, non debet adeo strictè interpretari, ut nihil operetur.
27 Clausula, Non obstante collatione alteri facta, intelligitur de collatione invalida, ne tertio præjudicetur.
28 Rescripti verba, quod aliquis sit privatus beneficio propter crimen non inducunt privationem ipso Jure, impropiantur & exponuntur, quod sit privandus.
29 Princeps rescribens scienter contra Jus, tollit Juris obstatum.
30 Contrarium.

Causam quæ. Ordo rescripti interpretationem recipit à Jure Communi; Hoc dicit Joan. Andr. Bellam. Butr. Gard. Anchar. Imol. Abb. & Joan. de Anan. vel aliter. secundum Anton. de Butr. Abb. & Felin. clausula in rescripto posita debet ad statum Juris reduci, ubiqueque, sita reperitur, vel plenius secundum Bald. ordo rescripti rescribit interpretationem ab ordine præfixo de Jure Communi; & verba præposita, vel post posita idem significant; & ordo sensus, & intellectus magis servandus, quam abusivus ordo verborum. Dividitur in duas partes, in prima ponitur partis conquisitio, in secunda responso, ac iudicis instructio: ibi, non volentes.

Nota primo, ex hac Decretali notabilem theoreticam, quod rescriptum Principis debet reduci ad terminos Juris Communi, etiam si oporteat id facere per impropriationem verborum, prout ex hoc text. deducunt Abb. & Decus ambo in primo notabili & notat Gloss. in c. Paratus in verb. Si verba 23. q. 1. que per nunc text. dicit, verba in rescripto posita juri, & equitati esse conformanda, licet verba non patiatur, Oldrad. cons. 168. questio est utrum n. 5. Calder. cons. 2. Si mandatur num. 1. de rescriptis, dices rescripta debere interpretari secundum Jus, etiam si quantum ad verba videantur discrepare à Jure Communi & de hoc esse casum in hac Decretali & in c. Super litteris infra eodem & in c. Super questionem, §. Si verò de off. deleg. Ad quod plura more suo cumulat hic Felinus n. 5. & seqq.

Rationem hujus conclusionis assignat Calder. ubi supra, quia rescripta contra Jus elicta, nisi aliud appareat de voluntate Principis, non valent, l. Rescripta, Cod. De precib. Imper. offer. c. Rescripta 25. q. 2. ergo in quantum possunt, reduci debent ad Jus Commune.

Aliam rationem reddit Abb. hic n. 1. quia rescriptum conceditur ad Jus Communi observantiam, nec debet aliquid continere contra Jus: non tunc esset privilegium, ut notat Gloss. in c. 1. in verb. Noscatur in fin. de cons. lib. 6. & Cyn. in d. l. Rescripta, c. De precib. Imper. offerend. Igitur ne rescriptum quid operetur contra naturam suam, debet ita & taliter intelligi, ut Juri Communi non obviet.

Et per hanc rationem videtur Abb. sentire aliud esse dicendum in privilegiis, que conceduntur contra observantiam Juris Communi, se tenet expressè Gloss. hic in verb. Præcedat, dicens verba in rescriptis esse intelligenda secundum Jus Commune, ut hic & concordant, ea allegatis: focus in privilegiis, c. Ad audientiam in fin. infra de Decem. cap. In his de privilegiis. Item Innoc. hic n. 2. & Hofstent. num. 10. dicentes in privilegiis fieri latam interpretationem, l. final. ff. De constit. Princip. c. Olim de verborum significatione, dummodo à verbis privilegii non recedatur, c. Ad aures infra de privileg. c. In singulis, §. Porò de statu Monachorum, cum suis concordant.

Sed ut dicit privilegia, in quantum possunt, esse restringenda ad limites Juris, ut quantum minus fieri potest sedant Jus Commune, ut est text. in d. l. Si quando in Princip. C. de inoff. test. dum tamen ita intelligantur, ut aliquid conferant quantumcumque minimum, per ea, que leguntur & notantur in c. Olim de verb. signif. in d. c. In his privileg. ut bene per Butr. hic n. 17. Imol. n. 11. vers. interdam autem & Dec. n. 3.

Et quamvis privilegia in quantum tangunt Jus concedentis latissime sunt interpretanda, per id quod habetur in cap. Cum dilectus infra de consuetud. Nam quod concedentem censentur esse beneficia, in quibus sit latissima interpretatio quantum agitur de præjudicio solius concedentis, juxta not. in c. fin. infra de translation. Episcoporum & in d. c. Olim de verborum signif. tamen in quantum tangunt Jus tertii, sunt restringenda, c. Passoralis infra de preb. & not. Innoc. in c. Cum dilecti de donat. in c. Tua de decim. & in d. c. ult. de translat. Episcop. Oldrad. d. cons. 268. num. 2. Bald. in l. Nec avus dum. 2. C. De emancipat. libere Butr. hic num. 18. Imol. num. 11. vers. Et prædicta procedunt, & Felin. num. 10. vers. Et rido dicit Bald. Itaque si Princeps alicui privilegium concedit, ipsum sic

temperatè, & civiliter est intelligendum, ut in quantum fieri potest, sine alterius injuria, & juris alieni præjudicio, præsertim si per ipsam juris interpretationem aliqua utilitas cui conceditur, alteri possit intelligatur concessum, quæ sunt formalia verba Oldradi in præalleg. cons. 268. num. 1.

Et generaliter concessionem Principis ita esse interpretandam, ut non nocent tertio, probant jura in l. 4. §. Merito ibi; nam quoties aliquid in publico fieri permittitur, ita oportet permitti, ut sine injuria, cuiusque sine ff. Ne quid in loc. publico. & in l. Impuberi, ubi: privilegium militum ad alienam injuriam potiri non oportet, ff. De admistr. tutor. & in l. Sed cum ab herede, ubi: præsertim si novum beneficium cum alterius injuria postularetur, ff. Ad Trebell. & in l. Nec avus, ubi nec in cuiusquam injuriam beneficia tribuere moris est nostri, Cod. De emancipat. libere, & in c. Ex causam infra de usu Pallii, ubi Gloss. in verb. Permittat, & in c. Ad aures, vers. Cum non sit intentionis nostra supra eodem c. Ex parte ill. primo, ubi: si memores fuissimus, & c. Super eo, ubi: Non tamen est nostra intentionis, infra de off. de leg. cum plurimum concordant, & notat Gloss. 1. in c. Exce 99. dist. & in cap. lege in verb. Divisiones 10. dist. & in cap. 1. in verb. Iustitiam 22. distinctione, cum multis similibus, ut hic per Felinum num. 10. vers. Et generaliter, Rota in antiquioribus decis. 2. num. 2. de renunc.

Amplia primo, etiam si privilegium concessum esset persone miserabili, nam adhuc intelligendum est sine præjudicio tertii, neque enim jura patiuntur ut unus inopia per alterius injuriam releveretur, nec quid ex petere aliquis miserabilibus personis conceditur, ad injuriam alterius redderet, c. 1. 21. q. 2. & c. 1. infra de heres. adific. & tradunt Oldrad. d. cons. 268. num. 8. & Sarnen in Reg. de jure questio non toll. q. 1. num. 4.

Amplia secundo, etiam in privilegiis concessis Regibus, que odiosa sunt, ut per Rebuff. super concord. in tit. De Regib. ad Prælat. nominum, in princ. in Gloss. in verb. Cathedralibus, & Felinus hic n. 25. & ideo veniunt interpretanda, ut minus derogent Juri Communi, & Superioritati Pontificie, Caputque decij. 84. num. 6. & 7. par 2.

Amplia tertio, etiam si præjudicium sit modicum, Gloss. in cap. Cum olim in verbum præjudicium infra de consuetud. Felinus hic num. 10. vers. Et que dicuntur de præjudicio; sed in oppositum est Gloss. fin. ad d. l. Nec avus, Cod. De emancipat. libere, que exponit verbum, injuriam, scilicet magnam, sed parva toleratur. Et allegat multa jura. Ac idem Gloss. in d. c. Ad aures in verb. Intentionis supra eodem, que dicit Papam sic uni concedere beneficium, ut alium non laedat, vel gravet, satem graviter, seu enormiter per jura ibi allegata.

Amplia quarto, etiam quando rescribitur motu proprio, ut notat Host. in cap. Causam que in princ. in verb. Vobis conjunctum infra de res. Calderia in c. Mandatum num. 24. supra eodem, Abb. in cap. 1. num. 21. de judic. Felin. hic num. 10. vers. Et procedunt hæc, Rota, decij. 531. n. 25. in 3. 4. par. recent. Et quod metus proprius non firmet privilegium contra Jus alterius, tenent Abbas in c. Ad aures n. 5. supra eodem. Butr. in cap. Per venerabilem n. 15. infra. qui fil. sint legitimi, Prepos. in c. Quia circa num. 4. de conjung. & affinit. Rota in antiqu. decij. 445. alios 711. de rejer. & decij. 33. num. 6. & 8. de prob. ubi quod motus proprius licet præservet à subreptione, tamen non operatur remotionem Juris alterius, Seraph. decij. 398. n. 6. Ratio, quia Princeps non intendit Juri alterius derogare, cap. Super eo d. off. deleg. cum concordat. Et itante defectu intentionis, clausulæ ex certa scientia, & plenitudine potestatis, nihil operantur Rota dec. 474. num. 18. par. 8. recent. quoniam defectus intentionis semper opponi potest, licet in motu proprio sublata sit facultas de eo dicendi, Seraph. decij. 565. num. 14. Onus tamen probandi intentionis defectum incumbit alleganti, idem Seraph. dec. 1484. n. 11.

Amplia quinto, etiam si alias privilegium nihil conferret, quia potius debet tolerari, ut verba rescripti nihil operentur, quam ut aliquis indebitè damnum patiarur que

- 35 Intellectus, c. Si eo tempore de rescriptis lib. 6.
- 36 Alteratior petens non censetur petere alterum petere, fallit si alteratior non possit, nisi in uno versetur.
- Minor petens alteratior sibi providere de beneficio curato vel simpliciter censetur, se restrinxisse ad simplex, casus est capax, ibid.
- 37 Motus proprius omnem subreptionem excludit. Dari tamen potest de defectu intentionis, n. 38.
- 38 Subreptio duplex, altera que procedit ex parte impetrantis, altera que oritur ex re ipsa. Primam tollit motus proprius. Secundam non.
- 39 Motus proprius relevat ab onere justificandi gratiam; sed probato intentionis defectu, nihil operatur. Requiritur tamen oris apertio; quando in concessione est iudicata facultas contrarium dicendi, vel operandi, ibid. vers. in praedictum.
- 40 Subreptio in dubio, an presumatur dolosa.
- 41 Quid in rescriptis ad lites.
- 42 Et quid in litteris gratiosis, n. 45.
- 43 Falsi crimen nemo presumitur committere propter litteras de simplici iustitia.
- 44 Dolus non presumitur quis commisisse in re modica.
- 45 Dolus presumitur in eo, qui in facto proprio non antiquo neque irritato falsum narrat, etiam in litteris iustitiae, n. 46.
- 46 Subreptio in gratiosis semper presumitur cum dolo; sed hac presumptio est juris tantum & ideo potest contrarium probari. Et si gratia sit modica, dolus non presumitur, n. 46.
- 47 Dolus in litteris gratia presumitur in eo qui expressit falsum, vel tacuit verum in facto proprio.
- 48 Ignorantia in facto proprio non presumitur.
- 49 Falsitas quae non inducit Principem ad gratiam facillime concedendam; non presumitur dolosa, sed est superflua.
- 50 Idem si vero expresso Principe difficultas concessisset.
- 51 Dolus in eo qui suggestit falsum, vel tacuit verum in rescripto ex quibus procedit.
- 52 Simpliciter & imperitia paritur.
- 53 Subreptio per simplicitatem, vel ignorantiam si non fuit causa concessionis, rescriptum non vitiat.
- 54 Quod procedit etiam si impetrans tacerit ea que de processu sunt necessaria exprimentia.
- 55 Idem procedit etiam in beneficiis; sed vide num. 57.
- Sed fallit si qualitates sunt tales ad quarum expressum impetrans tenetur de iure communi, n. 57.
- Item fallit subreptio eadem in eo ad quod verba concessionis non adaptantur, ibidem vers. Motivum autem.
- Item fallit si ubi est diversitas personarum vel causarum actoris vel rei, n. 60.
- Item fallit si expresso falsitatis facta fuerit non causa demonstrativa; sed causa taxativa, n. 61.
- 56 Littere non vitiantur ex eo quod impetrans tacerit beneficium ab alio iniuste possessum vel per simoniam.
- 57 Et exprimens beneficium cum cura vel residentia obtinebit beneficium simplex & residentiam non requirit.

Super litteris. Famofum, & difficile, ac varias decedens opiniones. Cardin. Emanavit enim ad declarationem opinionum legitimum in intellectu duarum legum, nempe 1. Praescriptione, & 1. Et si legibus consentaneum, Cod. Si contra jus vel util. publ. que sunt canonizate in cap. praescriptione, & in c. Et si legibus, 25. questione 2. ejusque decilio attenditur etiam inter Legibus, ex quo in contrarium non reperitur statutum de iure civili, ut declarat Abbas in cap. Licet ex rescripto, num. 10. vers. Quartus decimus casus, infr. de iur. com. pet. & Dec. hic num. 1. in fin. vers. Et sic emanavit item in materia rescriptorum obtinet principatum Anton de Butr. & notat Bart. in d. l. Praescriptione, num. 3. vers. Certe Domine; & est clavis totius tituli Abbas Siculus. Summarum variis modis, qui tamen ferè in idem recidunt Joan. Andr. cum quo concordant Bellam. & Anchar. sic Summarum: Qui per malitiam tacet verum, vel falsum exprimit in rescripto, caret impertratis; idem in eo, qui hoc fecit ignorantia vel simplicitate; si expresso vero, quod tacuit vel tacito falso, quod expressit, litteras non habuisset: si vero nihilominus saltem in forma communi litterarum habuisset, secundum iuris formam procedit iudex. Bald. summatur sic. Qui per malitiam tacet verum, exprimit falsum in rescripto, caret funditus impertratis: si vero hoc facit ex ignorantia, vel simplicitate, si quidem non erat

- 57 Subreptio non est impetratio thesauraria sub nomine dignitatis, cum sit officium, vers. At secus est.
- 58 Silius Principis attenditur ad dignoscendum, an verisimiliter litteras concessisset, nec no, ibid. vers. Ad dignoscendum.
- Item attenditur, an gratia praedictum inferat, ibid.
- 59 Littera impetrantis ob taciturnitatem beneficii, etiam modica, vitiantur.
- 60 In litteris beneficiis non tenetur impetrans facere mentionem nisi de qualitatibus in iure expressis.
- 61 Subreptio per simplicitatem, vel ignorantiam vitiat rescriptum in totum, si sit substantia rescripti induciva. Quod a fortiori procedit in beneficiis & gratiosis, num. 66.
- Item procedit etiam quando subreptio non fuit causa finalis; sed impulsiva, n. 67.
- Et quid si alius pro absente litteras impetravit, numer. 73.
- 62 Rescriptum inutile fit si talis veritas taceatur vel talis falsitas exprimat, quae tacita, vel expressa Papa litteras non dedisset.
- 63 Exempla non dolosa subreptionis substantia rescripti induciva & n. 59.
- 64 Rescriptum commissionis causae super re feudali non facta mentione de feudo, non valet.
- 65 Rescriptum vitiatum tacendo id quod si fuisse expressum, nihilominus fuisse obtentam; sed non ita facile. Fallit si taciturnitas procedit ex probabili ignorantia, num. 68.
- Nisi taceatur id, quod erat de iure exprimentum, num. 69.
- Subreptio est resignatio eius, qui expressit se esse forenses, cum in interpretatione beneficii expressisset se esse civem Romanum, num. 67. vers. Et militi.
- Pensio reservata non facta mentione alterius pensionis reservatae super eodem beneficio est subreptitia, ac nulla, ibid.
- 66 Rescriptum non vitiat, si taceatur id quod de iure non debet exprimi, licet eo expresso Princeps non ita facile litteras concessisset.
- 70 Intellectus cap. Gratia de prebend. lib. 6.
- 71 Subreptio per simplicitatem vel ignorantiam si non fuit causa totius concessionis; sed partis tantum, eam solum vitiat & non totum rescriptum. Quod procedit etiam in beneficiis, n. 76.
- Sed fallit si obtentam per subreptionem habuit, etiam cum reliquis, n. 78.
- Item fallit secundum aliquos in privilegiis, n. 79. Sed contra, n. 80.
- 72 Simpliciter respicit jus, ignorantia solam.
- 73 Vitium estotens vitare debet, quatenus ingreditur substantiam actus.
- 74 Exempla non dolosa subreptionis, que non fuit causa vitiat concessionis; sed partis dantaxat.
- 75 Privilegia & littere beneficiales in materia subreptionis equiparantur.

tem in forma communi concessisset litteras, secundum iuris formam procedit iudex; & bona fides abesse presumitur ubi enormis latio reperitur. Cardin. sic: exprimens falsum, vel tacens verum in rescripto, si malitiosè, caret impertratis, si per simplicitatem, aut alias non obtinuisset rescriptum & idem, aut obtinuisset secundum iuris ordinem; Delegatus procedit Butr. Imol. & Joan. de Anan. Jacob. Zoccius vol. 2. Repet. fol. 20. & Quintil. Mand. vol. 6. in Appendic. fol. 30. Dolosa subreptio rescriptum vitiat indubitanter, temeraria vero subreptio, vel ex simplicitate vel ex ignorantia procedens si est substantia rescripti induciva, totaliter rescriptum vitiat: alias vero si solius formae specificae, illam tollit, sed non rescripti substantiam quo ad formam communem, Abb. & Ambros. de Vignate vol. 2. Repetent. fol. 211. exprimens falsum, vel tacens verum in rescripto, si malitiosè, caret profusus impertratis: sed si per simplicitatem, vel ignorantiam, aut obtinuisset verò expresso vel suppresso falso, saltem litteras in forma communi, & Delegatus procedit servare iuris ordinem, & non speciali forma rescripti; secus si nullo modo litteras habuisset. Vel brevius secundum eundem Abbatem, Guidop. Bero, & Felin. Dolosa subreptio vitiat rescriptum in totum; si autem processit ex simplicitate, vel ignorantia, ea tenus vitiat, quatenus fuit causa concessionis. Hoc dicit. Dividitur in tres partes principales: Primum ponit casum, super quo antiquitas prae opt-

- hones, quas rescat. Secundò illas per distinctionem bimembrem ad concordiam reducit. Tertio dat regulam doctrinam. Secunda ibi, Nos igitur. Tertia ibi, Nisi forma.
- Ad intelligentiam textus premittendum est, primo subreptionem & obreptionem esse synonyma, & idem importantia, ut probat textum in l. 1. Cod. Si nuptia & rescript. per. ubi in eodem casu rescriptum appellatur subreptionem & obreptionem: & ibi illum textum ad hoc ponderat Bald. in princ. in vers. Obreptione, & Dec. in c. Ceterum num. 28. vers. Sed tamen talis differentia supra eodem: & Jal. in l. Praescriptione num. 1. vers. Mihi autem videtur, Cod. Si contra jus, & quamvis aliqui putent obreptionem esse quando exprimitur falsum, subreptionem vero quando taceatur verum, ut Jal. conf. 2. In themate num. 1. vers. Imò plus lib. 1. Alii vero existimant litteras obreptias dici quando sub involuero verborum, puta ironice vel callide, seu fraudulenter loquendo effugiunt deliberatam conscientiam Principis; subreptias vero quando Papa plene intellexit totum illarum tenorem, sed naratum esse falsum, vel suppressum verum: & in hac opinione sunt Innoc. in c. Cum dilecta n. 1. 2. & 3. infra eodem, & ibi etiam Joan. de Imol. n. 10. & Beros hic num. 2. Semin. conf. 120. Quia in facta n. 3. in fin. vers. Et sic ipso casu, tamen hoc differentia iure non probatur, ut dicit Abbas in eodem cap. Cum dilecta n. 7. Dec. & Jal. locis citatis: & Quintilianus Mandos. hic num. 5. Imò secundum eos his vocabulis Doctores promiscue utuntur, nec constituunt differentiam inter obreptionem & subreptionem, & ita magis communiter tenent arellatunr, Socin. Sen. in conf. 77. Licet in presentis n. 86. vol. 1. & Mandos. hic n. 5. in fin. Hanc etiam dicit esse veram opinionem Dec. hic num. 4. quibus addit Calderum conf. 104. Aliis primo de feudis, Gemin conf. 33. Pro examinatione in princ. & conf. 63. Dubia supra rescripta in princ. vers. Secundo premittit.
- Premittendum secundo, subreptionem, vel obreptionem causari ex duplici causa, videlicet ex taciturnitate veritatis, & ex expresse falsitate, ut patet in textu ibi, tacita veritate vel suggesta falsitate: & infra ibi, falsitatis expresse vel suppressionem veritatis, secundum Anton. de Butr. hic numer. 8. & de rescripto subreptio notat Bart. in l. Praescriptione numero 5. vers. Quare utrum rescriptum subreptum, Codicis si contra jus: & de obreptione Bald. ibidem numer. 16. & seqq. & de utroque Jal. numer. 1. sic mendacium committi potest tam falsum exprimentum, quam verum tacendo, ut est text. in c. Cum dilecti filii infr. de censur. ubi jurans plenam dicere veritatem, tacendo incurrit poenam falsi; Butr. hic d. num. 8. & scripsi plenius in c. Falsitatis in 2. not. infr. de crimine falsi: & tangam infra num. 26. Subreptio igitur vel obreptio est expresse falsi, vel taciturnitas veri, quo non expresse vel tacito, Papa nullo modo litteras concessisset, sed potius denegasset, text. est hic vers. Si verò, & in c. Dudum, il. 2. vers. Insuper de elec. Vel concessisset quidem, sed non ita facile, ut est text. in cap. Passalassi infra eodem, aut veritatem esse concessurum non fuisse, ut dicit text. in cap. 2. de fil. Presbit. lib. 6. & notat. Gemin. conf. 63. Dubia supra dicta in princ. Secundo premittit.
- Premittendum tertio, aliud esse rescriptum falsum, aliud subreptum: nam rescriptum falsum est, quod caret primordio veritatis, ut l. Cum filius, §. Hares, ff. de legat. secundò, veluti cum rescriptum emanat preter conscientiam Principis, vel Cancellarii sui ab illis, qui sunt inferiores personae, & que non sunt ad hoc deputate. Obreptionem est illud quod non caret primordio veritatis, quia scilicet emanavit quidem à principe, seu ab ejus Cancellario, sed tamen fuit mendacium in eo internum: & ita intelligi debent iura in l. Sed si hoc, §. Patronum, ff. De in jus vocand. & notat Cynus in l. Praescriptione n. 3. Cod. Si contra jus, vel util. publ. Die brevius secundum Bart. ibi num. 3. Rescriptum falsum est illud, quod nunquam exivit de Cancellaria Principis. Obreptionem autem quod est verum in se, sed falsè in eo inserta fuit falsè. Sequitur Jal. ibid. n. 1.
- His premis descendo ad materiam decretalis, & eam prosequar per quatuor regulas principales ex textu delumptas, adiectis ampliationibus, imitationibus & exemplis, ex quibus subreptionis materia, quam scribentes passim conelamant esse difficilem, ac profundam remanebit, ni fallor, clarè & dilucidè explicata.
- Prima regula est. Subreptio dolosa vitiat rescriptum. Definitur hæc prima regula ex textu nostro in vers. Ut hi, qui priori modo: & notat. Joan. Andr. Bald. & omnes in Sum. tex. in primo membro, post gloss. in ver. priori modo, Imoc. in princ. & Hostien. n. 6.

Ampliatum primo hæc regula, ut locum habeat etiam rescriptum impetrans esse sanctus, ut est textus in c. 1. Ut lite pendente: vitatur enim rescriptum, quia propter meritum vitium non est recedendum à juris dispositione; & ita per illum textum notat Bald. in Rubrica, ut lite pendente in fin. & d. c. hic num. 3. licet hoc dictum impugnet Bero. in secunda lectura n. 16. quia sanctus & perfectus dici non potest, qui dolose falsum exprimit, aut veritatem suppressit, allegat textum in c. Certe 22. quasi ult. & in c. 1. cap. Mihi 22. quasi 2. sed melius facti c. 1. ibi, uterque reus est & qui veritatem occultat, & qui mendacium dicit, infra de crimine falsi: & multipliciter respondet ad textum in d. c. 1. ut lite pendente, qui videtur loqui de Beato Thoma Cantuariensi.

Ampliatum secundo, ut locum habeat non modo in rescriptis ad lites, de quibus specificè loquitur hoc cap. Sed etiam, & multò fortius in litteris beneficiis, quia facilius redduntur nullæ, ut dicam infra num. 21. & quia sunt magis odiosæ; c. Quomodo de prob. lib. 6. & hic firmant Butr. num. 27. Abb. num. 2. in primo notat. Barbat. num. 25. Dec. num. 16. & Bero, in prima lectura num. 4. & 39. & in secunda num. 61. & 62. & in hoc concordant omnes à fortiori, ut inquit Felin. hic num. 1. vers. in litteris gratia num. 5. facit text. in c. Accedens de crimine falsi: ubi in litteris ad lites non ita presumitur falsitas, sicut in beneficiis, & ibi Innoc. in princ. arguit, quod si quis suggestit falsum in litteris de simplici iustitia, non præsumitur dolose fecisse, secus in litteris gratia, quia dolus ex periculo iudicis probatur; l. Dolus, Cod. De dolo, & cum Innoc. concordant ibi Hostien. num. 8. Joan. Andr. num. 21. Bellam. num. 22. vers. Hostien. dicebat, Card. num. 18. Imol. n. 8. vers. Hostienus verò, & Abbas n. 7.

Ampliatum tertio, ut à fortiori locum habeat etiam in privilegiis: quia mendacium notat privilegium, ut inquit Bald. per illum textum in l. Est in princ. Cod. Si contra jus, exemplum in eo qui feudum impetravit, vel remissionem criminis mendaciter narrando lo strenum militem & multos latrones apprehendit, vel transfugas indicavit, ut ibi notant gloss. 1. Paul. de Castro & alii scribentes, dixi à fortiori, quia subreptio magis vitiat litteras gratiosas, quam litteras ad beneficia, ut voluit gloss. 2. in c. Non potest de praven. lib. 6. & est bonus textus in cap. 1. 22. de filiis Presbit. eod. lib. Bero. hic num. 39. Unde subreptio in gratiosis etiam minima sit, est attendenda Nota decis. 435. num. 1. par. 3. recitat. etiam Papa alias fuisse concessurum, Puteus decis. 424. lib. 1. Nota ubi supra.

Ampliatum quarto, etiam dolosa subreptio fuerit causa partis rescripti duntaxat: quia nihilominus vitiat rescriptum in totum & hoc in poenam dolosi, ut in text. ibi. In iux perveritatis poenam nullum ex illis litteris commodum consequatur. Et ita delegatus nec de causa cognoscere poterit, secundum specialem, vel favorabilem formam traditam in litteris, puta ut summarè, ac simpliciter procedatur, nec etiam iuxta iuris ordinem: secundum lo. Andr. n. 10. in ver. Profus. Et ex hoc secundum Abb. rem hic n. 2. nota textum apertum, quod subreptio dolosa vitiat omnia contenta in rescripto licet rescriptum contineat plura capitula separata, prout hic erant forma & substantia rescripti, etiam subreptio non fuerit causa obtinendi omnia, quod est valde notabile, secundum eum. Idem Barbat. num. 25. Quod lacus prosequitur Bero. à num. 5. usque ad num. 9. respondendo ad obiecta Philippi Decii.

Quòd si hoc habet locum in litteris contentiosis, fortius debet obtinere in litteris gratia, ut per Abbatem ubi infra & cum eo consentunt hic Bero, num. 13. Quint. Mendos. num. 7. vers. Ampliatum vol. 6. Repetent. in Appendic. fol. 31. Ratio est secundum Abbatem d. numer. 2. & in cap. ceterum numer. 6. vers. Nam scire debet sup. eod. Quia subreptio facilius inficit litteras Beneficiales & gratiosas, quam rescripta ad lites; illæ enim per subreptionem vitiantur ipso iure, hæc vero ad lites per subreptionem etiam dolosam regulariter non vitiantur ipso iure; sed ope exceptionis, c. Si autem supra eodem, & infra cap. Plurimque, Bellam. d. 485. Processus factus, Innoc. Butr. & Abb. in c. Ceterum supra eodem cum similib. ut dixi in c. ad audientium, post Felinum ibi num. 17. vers. Littera ad lites infra eodem, & est communis opinio, ut ibi attollatur Bero. numer. 23. vers. Verum autemque & numer. 37.

Quæ ampliatio præcipue vindicat sibi locum in litteris expectativis: quia sunt ambitiosæ & restringende; & ideo per subreptionem dolosam vitiantur in totum, c. Quomodo il. 1. de praben. lib. 6. juncto c. 2. infra de concess. prob. & c. 2. eodem tit. lib. 6. Bero hic num. 43.

Et ex hoc collige limitationem notabilem ad textum in
 c. Si eo tempore de re scriptis lib. 6. Ut procedat quando sub-
 repto non fuit dolosa: tunc enim vitia solum illam partem
 gratia, cuius fuit causa & non reliqua contenta in re scrip-
 to, secundum Abbatem hic num. 2. vers. Ex quo collige-
 to, & ut etiam limitari debet quod ait Ant. de Butr. in c. Ex-
 hibita circa fin. vers. Ex his deciditur de iudic. videlicet
 re scriptum non vitium in totum, si ex copulatioe narra-
 ti in re scripto una pars sit falsa: nam si malitiose illa co-
 pulatioe narrata sint, in totum deberent re scriptum vitia-
 re. Vel secundo & melius ad textum in d. c. Si eo
 tempore, responde, ut dicam infra in 2. limitat. huius 1.
 regula n. 35.

Ampliat quinto supradicta regula, ut locum habeat sive
 subrepto fuerit commissa exprimendo falsum, sive tacendo
 verum; pariter enim quoad hoc taciturnitas veri &
 suggestio falsi, ut est casus apertus hic vers. Qui priori
 modo, id est per fraudem, secundum Glos. Innoc. & Host.
 falsitatem exprimit, vel supprimunt veritatem in sua per-
 versitatis notam nullum ex illis litteris commodum conse-
 quantur & notat Card. in 12. notat. Abb. num. 2. vers.
 Et nota quod hoc pariter dicitur, Dec. num. 4. vers. Tertio,
 Joan. Andr. Bellam. Butr. Anchar. & omnes in summ. text.
 in 1. membro, & in specie Ambr. de Vignate vol. 2. Re-
 pectent fol. 211. qui summat sic, Mendax peccator dolosus,
 id est dolo tacens verum, vel exprimens falsum, in to-
 tum caret imperatris. Facit ad hoc quia non solum di-
 cendo; sed etiam tacendo committitur mendacium, l. Ea
 qua commendant, ubi Bart. n. 1. hoc inducit ad reses, ff.
 De contrah. empt. Jal. in l. Praescriptione in 2. not. Cod.
 si contra jus, vel utilitatem publicam, & hic iunge, qui
 dixi supra num. 7.

Exemplum dolose subreptionis per falsi expressionem in
 re scriptis ad literas, est in litigioso, qui dolo impetrat
 secundum re scriptum nulla de primo facta mentione, c.
 ceterum & c. Ex tenore sup. cod. c. 2. De dolo & conium.
 vel qui tacuit processum habitum super eodem negotio, c.
 Inter de re iudic. vel de liti pendencia, cap. casum, d.
 2. de testibus. Item secundum Baldum hic num. 7. Ponit
 exemplum in Muliere quae impetravit re scriptum super ac-
 tione de dote, cum essent nuptiae incestuosae, ut l. Si
 quis incesti. C. De incesti. nupt. Item in eo qui impetravit
 tanquam filius cum esset spurcius, ut l. Si qua illustris,
 Cod. Ad officium. In litteris autem beneficiabilibus exem-
 plum habes in c. Ad aures, & in c. cum ad id supra eodem,
 & in c. Si motu proprio de preben. lib. 6. Secundum Car-
 din. hic num. 13. in 3. quaest. post Gollred. & Host. num.
 6. in vers. Priori & num. 8. in vers. Supprimant, Abb.
 Antiqui. num. 3. Joan. Andr. num. 4. Item secundum Bald.
 num. 7. in fin. In litteris gratiosis potest poni exemplum
 in eo qui fecit se legitimari tanquam simplicem natura-
 lem, cum esset incestuosus: nam ad defectus suppressos
 nunquam porrigitur dispensatio; sed oportet exprimi qua-
 litatem defectuum, h. Sed si hoc, §. Patronum, ff. De
 in jus voc. sufficit tamen exprimere qualitatem in genere,
 puta quod sit illegitimatus natus, licet non dicat ex Moniali,
 vel Monacho, secundum Bald. hic num. 8.

Ampliat 6. etiam expressio falsi, vel taciturnitas veri
 non fuerit causa concessionis, propterea quod eo non ex-
 presso, vel tacito Papa nihilominus litteras concessisset,
 haec enim distinctio, an Papa verisimiliter dedisset litteras,
 nec ne adhibetur in tantum in 2. reg. videlicet quando sub-
 repto committitur per simplicitatem, vel ignorantiam:
 at ubi committitur per dolum, vel malitiam, subrepto
 indistincte vitiat re scriptum & inuit gloss. hic in vers.
 Nullatenus, dum ait, non distingui hoc casu, quae falsitas
 sit expressa, vel veritas occultata, sed sufficere: ut per
 malitiam hoc fecerit & tenet expresso Innoc. in princip.
 an vers. Cognoscet, ibi: Plus dicimus, quia si etiam illud
 per fraudem obtinet, quod alias obtenturus est, non valet,
 l. Et si C. Si contra jus, & cum Innoc. concordant
 hic Joan. Andr. num. 12. Imola num. 5. Abb. in 1. not.
 Bartat. num. 24. Bero. num. 13. & Quintil. Mandos. num.
 7. Dec. in cap. Sedes in 4. not. supra eodem, Bellam. d. 4.
 num. 1. Mohed. d. 8. de re scriptis, ubi dicitur fuit gra-
 tiam dispensationis vitari per falsam expressionem etatis

quinque annorum, licet non fuerit necessaria, & Papa ali-
 concessisset, & gratia non sit fundata in d. etate, quia in
 gratiosis, & in factio proprio praesumitur doli, qui vitia
 gratiam. Ratio est odium ipsius doli, Butr. hic num.
 3. vers. Ratio prima. Haec enim est pena experimentis fal-
 sum, vel tacens verum per dolum, vel malitiam, quia
 reddit se indignum gratia: & ideo indistincte caret impe-
 tratis: sic probat haec decretalis ibi, in sua perveracitate
 ponam.

Nunc limita 1. regulam superius propositam, ut locum
 non habeat si subrepto non fuit causa formae, nec sub-
 stantiae, nec alicuius de contentis in litteris, ut quia in
 illis aliquid falsum dolose; & scienter expressum fuerit,
 quod nihil de contentis in litteris concernebat, sed erat
 omnino extra materiam in illis positam; nam talis subrepto
 litteras iustitiae, vel gratiosas nec in totum, nec in partem
 vitiat, ut hic probatur a contrario sensu, & est de mente
 Abb. hic a contrario, secundum Bero. in 1. lectura num.
 43. & in 2. num. 53. Ad hoc quod notat Innoc. & Host.
 in c. Ex litteris infra de transact. Quod si subrepto scienter
 commissa fuerit, quae non sit causa concessionis, nulli
 modo vitiat litteras, & impetrans illarum vigore potest
 beneficium obtinere.

Limita 2. nisi plura in re scripto fuerint narrata alterna-
 tive quia tunc si subrepto etiam respiciat unum, illud
 tantum vitiat, non autem alia in quibus nulla fuit com-
 missa subrepto, ut notabiliter voluit Antonius de Butr.
 in d. c. Exhibita prope finem, vers. Et si quidem, dicens
 hoc esse planum, & Bero. hic in 1. lectura num. 7. post
 med. vers. Verum nota, licet Butr. mentionem non faciat,
 & ita potest intelligi textus in c. Si eo tempore infra eod. lib.
 6. nam Papa ibi dedit litteras ad duo alternative narrata,
 videlicet ad beneficium curatum, vel ad beneficium simplex.
 Unde quavis gratia de beneficio curato esset subrepta
 propter defectum etatis in litteris non expressum, non
 tamen propterea vitatur gratia de beneficio simplici, circa
 quod nulla fuit subrepto, cum impetrans haberet etatem
 requisitam ad illud obtinendum, & est ratio, quia ad veri-
 tatem alternative sufficit alteram partem esse veram, l. Ita
 stipulatus. ff. De verbis obligat. cap. Inter ceteras supra
 eodem, & quavis alternative petens non dicatur praecise
 alterum petere, §. Haec autem insin. de actum. Dec. in
 d. c. Inter ceteras in 3. not. tamen quando dispositio al-
 ternativa ab initio non potest nisi in uno verificari, sim-
 pliciter de illo solo facta censetur, arg. l. Si duo. ff. De
 verborum obligat. Unde minor, qui tacendo defectum
 etatis, petit sibi provideri de beneficio curato, vel de
 simplici, censetur praecise suam petitionem restrinxisse ad
 beneficium simplex, cuius est capax: ac proinde gratia de
 simplici non vitatur, d. cap. Si eo tempore supra eodem
 per totum ad intellectum illius textus.

Limita 3. nisi litterae fuerint obtentae motu proprio Pa-
 papae, quia tunc subrepto etiam scienter facta non vitiat,
 & hoc propter virtutem motus proprii ipsius Principis, quae
 omnem subreptionem excludit Clem. Si Romanus de preb.
 c. Si motu proprio eodem titulo l. 6. secundum Bero. hic
 in secunda lectura n. 42. Rota dec. 333. n. 1. par. 4.
 recent.

Ceterum adverte, quia subrepto est duplex, altera, quae
 provenit ex parte impetrantis, altera, quae oritur ex re ipsa.
 Primam tollit motus proprius; secundam non; Bellam.
 d. 392. & d. 475. Vitalin. in Clem. Per litteras num. 11.
 & 12. de preb. Felin. in c. In natura in 10. Corrolat.
 de re script. Card. Seraph. d. 398. num. 5.

Rursum adverte, quia etsi contra Litteras motu proprio
 obtentae non possit dari de subrepto, ut praedixi: tamen
 potest dari de defectu intentionis, qui subreptioni aequi-
 paratur: ut in praescripta decisione Seraphini 398. num. 2.
 Imo quod est subrepto in gratia facta ad supplicationem
 partis, est defectus intentionis in gratia facta motu proprio:
 ut dicitur in decisione 119. num. 6. parte 5. recent. Et
 quavis motus proprius relevet impetrantem ab onere iusti-
 ficandi gratiam, quae solum imputatur voluntati de verbo
 Papae, Acchill. decisione 10. de probat. Put. d. 101. lib. 3.
 num. 3. & d. 645. num. 2. parte 1. tamen non impedit
 quin exadverso possit dari de defectu intentionis Papae;
 eoque probato motus proprius non operatur, Bald. in l.
 Imperialis §. Si miles, Cod. de nupt. Bellam. dec. 392.
 Callador. d. 4. vers. Non tamen de pens. cum aliis relatis in
 prealleg. d. 119. num. 3. parte 5. recent. Adverte tamen,
 quia requiritur otis apertio, quando in concessione est
 sublata facultas contrarius dicendi vel opponendi & inter-
 pretandi. Caputaq. d. 134. num. 4. parte 3. Put. decisum.
 50. num. 5. lib. 1. & decisione 377. in fin. lib. 3.
 Seraph. decisione 351. & 764. num. 1. Rota d. 157. num. 14.
 parte 7. recent.

Modo pro absolute huius prime regule duo supersunt
 investiganda: Primum est, an subrepto in dubio praesumatur
 dolosa ad effectum; ut probant subreptionem relevetur
 ab onere probandi dolum. Secundum, qualiter doli pro-
 bebatur.

Circa primum, distinguendum est inter re scripta ad literas
 & litteras gratiosas, nam in re scriptis ad literas subrepto
 in dubio non praesumitur dolosa; & qui fraudem vel dolum
 allegat: probare debet, l. Quoties, §. Qui dolo ff. de
 prob. nam quilibet praesumitur bonus donec probetur malus,
 capite Unic. infra de Scritur. capite Dudum de praesumpt.
 l. Merito, ff. Pro socio; & hic firmant glossa in verbo
 Facta fuerit vers. & debet probare dolum, qui Alleg. Abb.
 Antiqui. num. 3. in eodem vers. Hostien. num. 7. Joannes
 Andreas num. 21. Bald. num. 14. & alii communiter.
 Caputaq. dec. 220. num. 1. & 2. par. 3. Et pro hac
 opinione est textus optimus in capite Accedens infra de
 crimine falsi, quem sic fuit Abbas Antiqui. propter litteras
 de simplici iustitia nemo praesumitur committere crimen
 falsi; & ibi glossa l. & Innoc. in principio & Hostien.
 num. 4. inde fumant argumentum, quod si quis suggestit
 falsum in litteris de simplici iustitia: non praesumitur do-
 lose fecisse. Ratio est, quia de facili potest obtineri, ut
 ibi dicitur; nec in re quod praesumitur quis dolum com-
 mississe, l. Si oleum §. ult. & l. seqq. ff. de dolo: est
 tamen unus casus in quo in re scriptis ad literas praesumitur
 doli, videlicet quando fuit magna conjectura doli: ut si
 est falsitas in narratione facti propria, non antiqui neque
 intricati; vel si doli litterae magni pondus. Et idem de
 similibus conjecturis, ut hic pulchre per Abbatem num.
 7. vers. Sed in conclusioe & Felin. num. 5. vers. Est etiam unus
 casus.

In litteris autem gratiosis fiat regula in oppositum, quia
 expressio falsi & taciturnitas veri tempore praesumitur cum
 dolo, secundum Innoc. in d. cap. Accedens in princ. de
 crimine falsi; & quavis loquatur si gratia sit magna:
 tamen in gratiosis in dubio dolum praesumit sentit simpliciter
 idem Innoc. in cap. Dilectus il. n. 2. infra eodem Callad. d.
 10. n. 3. de preb. Mohed. dec. 8. de re scriptis. Seraph. d. 20.
 n. 4. Rota d. 155. num. 5. par. 4. recent. & sequitur Felin.
 hic num. 5. vers. Et quod in gratiosis, qui tamen subdit
 hanc praesumptionem non esse juris, & de iure; & ideo
 posse probari subreptionem dolo caruisse. Sed Host. in d.
 c. Accedens num. 2. vers. Si vero, dicit in litteris gratiosis
 esse attendendam qualitatem gratiae & personae impetrantis,
 & secundum hoc contra ipsum praesumendum esse plus,
 vel minus, & cum Host. concordant ibi Joan. Andr. &
 quod in gratia modica doli non praesumatur, tenet Bellam.
 hic num. 22.

Rursum attendendum, an impetrans suggesterit falsum in
 factio proprio, quia in litteris gratiae praesumendum est
 contra ipsum, ut patet in l. Quisquis, Cod. de rescind. ven-
 dit. & notat gloss. 1. in d. c. Accedens ibi sed pone quod
 fallum affirmet circa rem propriam, cuius noticiam habuit,
 praesumitur primo contra ipsum, quia non praesumitur quis
 ignorare factum proprie rei & cum gloss. concordant ibi Host.
 num. 4. vers. Sed quid si circa factum proprium. Butr. n.
 7. vers. Sed pone, dicit Gloss. Mohed. decif. 8. de re scriptis.
 Accorambon. d. 17. lib. 1. Seraph. d. 601. num. 2. Rota
 d. 299. num. 13. par. 6. recent.

Sunt tamen duo casus, in quibus subrepto in benefi-
 cialibus non praesumitur dolosa, secundum Felin. hic n. 5.
 vers. Sunt tamen Primus est quando falsitas non est talis,
 quae verisimiliter debeat inducere Papam ad gratiam faci-
 lius concedendam, sed est superflua, quia tunc in dubio
 non praesumitur dolosa, cum doli sit quaedam machinatio
 exquisita, l. 1. ff. De dolo, quae in superfluis & inutilibus
 non est verisimilis, Bellam. d. 4. quae incipit: Falsi expressio
 non dolosa.

2. Casus est, quando falsitas est circa illud quod si esset
 verum, potius debuisset Principem retrahere a concessione,
 puta dixit facillimum esse dignitatem, cum non esset; nam
 si esset dignitas, Princeps difficilior concessisset, & si non
 esset facillius concessisset, talis ergo falsitas non praesumitur
 dolosa, Rot. in Antiquis. d. 19. in fin. de preb. Bellam.
 d. 115. incipit. Falsi expressio suspensio.

Circa 2. id est qualiter doli, seu fraudis, vel malitia
 probetur: generaliter dicendum est probari ex persequis
 indicis, ut est text. in l. Dolam, C. de dolo, puta ex qua-
 litate personae & ex forma re scripti, ut dicit gloss. hic in
 vers. Nullatenus, vers. Sed qualiter probetur malitia, spe-
 cialiter autem, ut verbis utar Hostienis hic num. 8. Pro-
 babitur haec fraus eo ipso, quod impetrans probatur sciens,
 l. Veritas, ff. De probat. & l. Dolam, C. de dolo. Ergo probata
 scientia, fraus probata intelligitur, nisi in communi forma
 impetretur, ut c. Accedens infra de crim. falsi: ita Host.

qui tamen statim declarat dictum suum procedere in ho-
 mine curioso, & diligenti; secus vero si sit simplex ho-
 mo, quia tali subveniendum est, licet probetur scientia,
 cap. 3. de consecrat. dist. 2. c. Cum univocum infra
 de verum permut. neque enim obest, quod per simplicita-
 tem commissum est; ut l. 1. §. ult. ff. De ventre inficere
 Item impetrare paritur, l. Cum de debito, ff. 1. De pro-
 bat. & l. 1. §. ult. ff. De edendo cum concord. de quibus.
 per eum num. 5. Sed tandem hanc distinctionem non ad-
 mittit, nisi per aliquas conjecturas relevetur; quod com-
 mittitur arbitrio iudicis ne viam aperiamus, &c. arg. c.
 Nonnulli infra eod. & c. Unici infra, ut beneficia Ec-
 clesiastica, quibus verbis intendit Host. ut probata scientia,
 censetur probata malitia, & si impetrans sit homo simplex,
 nisi per aliquas conjecturas arbitrio boni iudicis relevetur,
 & cum ipso concordant Joan. Andr. num. 21. & alii supra
 citati num. 14.

2. Regula expressio falsitatis, vel taciturnitatis, verita-
 tis ex simplicitate, vel ignorantia proveniens, si non sit
 causa concessionis, eo quod expressa veritate, vel tacita fal-
 sitate, Princeps nihilominus concessisset, re scriptum
 non vitiat. Habetur haec reg. ex verbis textus ibi: Si talis
 expressa sit falsitas, vel veritas occultata, quae quavis
 fuisset tacita, vel expressa, Nos nihilominus litteras dedis-
 semus &c. Eam ponit Innoc. num. 1. vers. 2. reg. Hostien.
 num. 10. Joan. Andr. num. 25. Bellam. num. 13. vers.
 Aut tacita veritate, Butr. num. 3. vers. 3. reg. & num.
 6. Cardin. num. 13. in 3. & 4. reg. Anchar. num. 4.
 Imol. num. 6. vers. Nota quod ibi, Bellam. d. 4. & 115.
 Callador. d. 12. num. 15. de preben.

Amplia primo hanc 2. reg. ut locum habeat, etiam si
 impetrans tacuerit ea, quae de processu sunt necessario ex-
 primenda, quia valent litterae etiam si tale quid sit omis-
 sum expresse Princeps nihilominus litteras concessisset, ut
 dicitur Innoc. hic num. 1. in vers. Incommuni forma, arg.
 c. Oblata infra de appellat. licet alii contra.

Amplia secundo etiam in Beneficialibus, ut est textus
 in capite Dudum, vers. Considerantes de preb. lib. 6. qui
 in materia beneficii expressio vult, ut taciturnitas alicuius
 qualitatibus: quia expressa, nihilominus Princeps Litteras
 concessisset, non vitiat eas. Ad idem textus in capite,
 Si pro Clericis pauperibus, eodem titulo & libro ubi taciturnitas
 defectus Sacrorum Ordinum non vitiat Litteras: eae
 quo impetrans intra tempora a Jure statuta, potest pro-
 moveri ad Ordines quos requirit Beneficium. Et per haec
 Jura tradit Felinus hic num. 2. Bellam. d. decif. 4. Callador.
 d. 12. num. 15. de preben. Calet de Grass. d. 8. num. 2.
 eodem titulo. Rota d. 439. num. 6. par. 4. & d. 222. num. 4.
 v. Sane haec ratio par. 5. & d. 140. num. 7. & d. 222. num.
 23. par. 7. recent. Hinc fit, ut si taceatur Beneficium ab
 alio injuste possideri vel per simoniam: non vitietur
 Litterae, ut notat Innoc. & Host. in capite ex litteris de
 transact. & qui petens Beneficium cum cura vel residentia,
 obtinebit Beneficium simplex & residentiam non requirens,
 quia multo potius Papa hoc concessisset. Rota decif. 73.
 Papa supplicat aliis 62. de re scriptis. in Antiquis & Felinus
 hic num. 2. vers. Et ad idem Rota. Verumtamen glossa in
 capite, Si motu proprio in vers. Taceat de preb. lib. 6.
 tenet hoc caput 6. in 2. reg. non habere locum in Benefi-
 cialibus, quia non sufficit ut Papa verisimiliter voluerit
 providere; sed requiritur provisio; & facta in uno casu,
 non porrigitur ad alium, capite Susceptum infra eod. lib. 6.
 & opinionem glossae dicit videri veniorem, Dec. hic num.
 18. vers. Et ideo verior videtur; de qua plenius differit
 Bero num. 49. vers. n. Contrarium & num. 51. v. Secunda
 tamen opinio. Sed non videtur recedendum a prima opinione
 quam passim servat Rota ut in praescriptis decisionibus.

Motivum autem glossae potest procedere, si subrepto
 caderet circa id ad quod verba Litterarum non adaptantur.
 Unde si quis exprimat dignitatem, cum sit Beneficium
 simplex; non valent Litterae: licet Papa simplex Beneficium
 facillius contulisset, quia dignitatis appellatione non veniunt
 Beneficia simplicia, capite Si forte: junctio glossa in verbo
 Dignitatem de elect. lib. 6. & simili modo impetrans,
 praebendam integram non poterit obtinere dimidiam: licet
 dimidiam facillius impetrasset, quia appellatione integre
 praebendae non venit dimidia: textus est in capite Cui de
 non sacerdotali de preb. eodem libro & in Litteris ad Benefi-
 cialia tanquam ambitiolis non fit extensio de casu ad casum:
 etiam ex majoritate rationis; nec valet arg. de majori
 ad minus: etiam affirmative, ut in d. c. Cui de non sa-
 cerdotali & in capite Quamvis de preb. lib. 6. & in capite
 Susceptum de re scriptis eodem libro 6. & notat Bero hic
 num. 44. post primo. v. Haec ratio non placet in 1. lectura
 & in 2. num. 55. & in hoc casu intrat ratio glossae,
 quod non sufficit ut Papa voluerit providere; sed ne-
 cessaria sit provisio. Ac secus est, si subrepto sit circa
 qualitatem Beneficii: quam si Papa scivisset, eodem modo

vel facultas concessisset; tunc enim non applicatur motivum glorie: quod non sufficiat ut Papa voluerit providere; sed requiratur provilio, quoniam Papa tunc vere providit de Beneficio: licet ejus qualitate ignoraverit, quam tamen si scivisset: eadem vel majori facilitate providisset; & ideo subreptio non vitiat, ut d. e. *Dudum*; & ibi glossa in verbo *De ipsa* & in c. *Si pro Clericis de prob.* l. 6. & tenet Rota dec. 11. num. 16. par. 6. rec. Caputaq. dec. 160. num. 1. par. 1. ubi allegat Rom. consi. 194. in 2. dubio; & Coveta consi. 2. num. 17. & 29. quo fit, ut si quis impetraverit Theaurarium in certa Ecclesia sub nomine dignitatis; cum esset Officium: talis subreptio non vitiat litteras, ut pro majori parte tenentur Domini de Rota, decisi. 582. aliis 4. *Quidam obviavit de rescriptis in antiquis*, quia si fuisset narratum illud esse Officium: Papa eodem modo, imo facilius dedisset; cum facilius concederet conferre Beneficia minora que sonant in Officium quam Dignitates; & facilius Beneficia simplicia quam Curata, ut in capite *Ad aures supra eodem* & in capite *Gratia, eodem titulo*, lib. 6. Et illam decisionem sequuntur hic & pluribus confirmant Abb. num. 6. v. Et ad practica, Dec. & Bero in 1. *sect.* num. 44. & in 2. num. 54. & seqq. Ad cognoscendum autem que sint illa quibus expressis Papa veniuntur gratiam concessisset vel non concessisset, attenditur communis usus Principis vel usus Cancellarie: item probabilis conjectura vel communis usus aliarum Litterarum quas Principes concesserunt vel concesserunt concedere, aliis namquam deprehendi possent num Principes fecisset gratiam, si fuisset expressum nec ne? Forte enim fecisset & forte non, ut bene per Lapum alleg. 86. *duo Pralati*: quod latius profertur Felin. hic num. 8. v. in 1. reg. & censuit Rota apud Cassid. d. 12. num. 14. de prob. & in recent. d. 105. num. 1. & 3. & d. 739. num. 1. par. 2. Potissimum vero attenditur, an gratia prejudicium inferat; quia tunc presumptio est Papam vel non concessuram vel concessuram, ut dicitur in preallegata dec. 105. num. 3. Et tenet Card. consi. 96. *Videtur unio*, num. 8.

58 Limita 1. hanc 2. reg. ut locum habeat, dummodo qualitates non expressa sint tales, ad quarum expressionem non tenetur impetrans de Jure Communi: secus si sint tales, de quibus impetrans debuit de jure mentionem facere, quia tunc taciturnitas earum vitiat, etiam si alias Papa omnino litteras concessisset, ita procedit text. in c. *Si nota proprio de prob.* l. 6. ubi taciturnitas beneficii prius obtenti, quantumvis modici, vitiat litteras impetrationis. Hoc enim procedit, quia de obtento, etiam modico de jure est faciendum mentio, ut ibi in gl. pen. & post Dom. declarat Fel. hic n. 2. v. *Limita* 1. Dec. n. 18. & regula est, quod non tenetur impetrans facere mentionem in litteris beneficialibus, nisi de qualitatibus in jure expressis, Felin. ubi supra, qui allegat Calder. consi. 6. de proben. & Domin. in c. *Postulasti infra eodem*.

60 Limita 2. ut non procedat, ubi est diversitas personarum vel causarum actionis vel rei, quia tunc etiam super tacito fuissent datae litterae, nihilominus rescriptum obreptorium vitiat. Ita Calder. consi. 11. *Episcopus Delegatus de sentent.* excomm. allegat cap. *Significante infra eodem* & sequitur Felin. hic num. 1. circa finem, vers. *Et dicit quod regula*.

61 Limita 3. dummodo ea, que sunt expressa circa qualitates beneficii, expressa sint causa demonstrationis, subreptio non dolosa non obest, si Princeps nihilominus concessisset; secus vero si expressa essent causa taxationis, quia tunc rescriptum beneficiale non potest reduci, ad ea, que si fuissent bene expressa, non retractissent Principem a concessione litterarum, Rota d. dec. 4. n. 5. vers. *Alii tamen de rescriptis in antiquis Domin. in cap. Postulasti infra eodem*; & hic notant Felin. num. 3. vers. *Limita* 4. Dec. num. 18. vers. 2. & Bero in 1. *lectura* num. 44. & in 2. num. 56. Quando autem aliquid dicitur expresse causa demonstrationis vel taxationis, vide per eundem Bero n. 45. in prima *lectura* & in *secunda* num. 57.

62 Tertia regula; expressio falsitatis vel supressio veritatis per simplicitatem vel ignorantiam vitiat rescriptum in totum; si sit substantia rescripti inductiva, seu fundamentum vel causa totius concessionis, id est, si Princeps tacita falsitate vel expressa veritate, nullo modo dedisset litteras. Desumitur hac tertia regula ex littera hujus textus, ubi. *Si vero per hujusmodi falsitatis expressionem vel suppressionem etiam veritatis littera fuerint impetrata, qua tacita vel expressa, non nullas proprias litteras dedissemus; & eam ponunt hic Innoc. n. 4. in vers. Si vero tertia regula, Hostiens. n. 10. vers. Vel per simplicitatem, Joan. Andr. n. 11. & notant Abb. n. 4. & 6. Felinus n. 6. v. *Limita* 5. & Dec. n. 8. in 3. notab. & idem Abb. in c. *Constitutus in 2. notab.* & in c. *Sedes* nu. 4. supra eodem & in cap. *Ad audentiam* num. 44. & ibi Felin. num. 22. in 3. ampliat, in*

frat eodem, Franc. in cap. *Si eo tempore* num. 4. de rescriptis lib. 6. Bellam. *distin.* 4. num. 1. & probatur ratione evidenti, quia deest voluntas concedendi, a qua dependet substantia rescripti; nam, ut ait glossa hic in ver. *Litteras dedissemus simpliciter* & ignorantiam non prodest circa hujusmodi litteras impetrandas, imo ad hoc ut rescriptum teneat, nihil debet supprimi ex his, que movere possunt animum Principis ad dandum rescriptum vel denegandum. Et infra immediate ponit quamplurima exempla & in fine dat generalem theoreticam his verbis; & generaliter ubicumque talem veritatem tacuit vel talem falsitatem expressit, qua tacita vel expressa Papa litteras non dedisset, rescriptum inutile fit, ut cum glossa concordat Holt. n. 10. Joan. Andr. num. 25. vers. *Aut id factum*, Bellam. n. 13. *post med. vers.* *Aut non habuisset*, Butr. n. 2. v. *Tertia regula* n. 5. Card. n. 12. v. *Quinta regula*, Anchar. n. 4. vers. *Et tunc aut ex falsitate*, Imol. n. 6. v. *Secus si Delegatus Abb. in 2. notab.*

63 Exempla hujus 3. regule secundum Innocentium hic num. 3. v. *Nos nullus*, habentur in cap. *ad aures de cohabitata, cleric. & Mulierum*, in c. *Super eo*, & in c. *cum olim de re judicata*, in c. *inter dilectus de fid. instrum.* in c. *cum adeo*, & in c. *Constitutus supra eod.* in c. *Ex litteris de transact.* & in l. *final. Cod. sent. rescindi non posse*.

64 Aliud exemplum, quando in totum vitiat rescriptum propter subreptionem vel obreptionem ex ignorantia, vel simplicitate poni potest, si impetratur rescriptum commissio-nis causa ab ipso Papa super re feudali, non facta mentione quod feudalis sit; quia tunc Papa veniuntur se non introumisisset super re feudali, nisi forte in defectum non admittitrat justitiam, ex quo ad dominum fendi talis cognitio spectabat, ut in constitutione Federici, *Hac editis*, §. *Praterea*, cap. *ceterum* & cap. *Novis de iudicis*, c. *ex transmissa* & c. *seq. de for. comp.* Unde quia hac supreptio & taciturnitas fuit causa totius concessionis, rescriptum corrumpit in totum, licet ignorantia vel simplicitas, non autem dolus interveniat, utroque enim casu litterae pariter vitiantur: nam est dolus praeponderat simplicitati & ignorantiae; tamen idem effectus habet, quando subreptio fuit causa totius concessionis, ut bene per Quintil. Mandolf. in repet. hujus cap. n. 7. in fin. vers. *Exemplum tom. 6. Reperitur*, in *Append. fol. 31.*

65 Ampliatur primo hac tertia regula, ut a fortiori locum habeat litteris beneficialibus & gratiis, ut concludit Abbas hic in 2. not. Felin. num. 6. vers. *Limita quinta*, & Dec. num. 17. Seraph. d. 734. num. 7. Rota dec. 94. num. 69. & 61. par. 7. recet. & conferunt que dixi supra num. 21.

66 Ampliatur secundo, ut locum habeat non solum quando subreptio fuit causa inductiva & finalis ipsius concessio-nis; sed etiam quando fuit causa impulsiva, ut quia Princeps etiam cessante subreptione fuisset quidem concessurus; sed non ita de facili, seu de levi & sic subreptio fuit causa impellens; nam nihilominus saltem in gratiosis subreptio vitiat, ut est textus in cap. *Postulasti* in illis verbis; *de levi non scribimus*; & ibi ponderant Doctores infra eodem & tenet Gloss. in cap. *fin. in signatione casus de filius Presbit. lib. 6. Scibi Proh. in Adit. ad Monach.* num. 3. vers. *Ipsa jure*, Abb. hic num. 7. & in cap. *Ad aures* num. 4. supra eodem, Gemin. in cap. *Dudum* num. 15. de proben. lib. 6. & ibi Anchar. num. 3. & Franc. ad fin. Imol. in *dist. cap. Postulasti* num. 4. & ibi etiam Felin. num. 11. Calderin. consi. 13. *An postulat in tit. de rescriptione*, Alexand. consi. 95. *Requisitus* n. 8. v. *Non obstant supra allegata* l. 7. & consi. 161. *Visti narratis* num. 5. v. *Quia littera gratiosa eodem l. & milites* resolvit Rota, ut apud Cassid. d. 12. num. 14. de proben. Put. d. 232. num. 2. lib. 1. Seraphin. d. 19. num. 2. ubi decidit religionem esse subreptam, si quis in interpretatione beneficii dicat se esse Romanum & postea in resignatione dicat se esse forentem; quia propter hujusmodi narrativam Papa motus fuit ad facilius concedendum, quam si narrasset se esse civem Romanum, cum hoc casu opus esset derogatione & apud Buratt. decisi. 55. num. 6. & d. 510. num. 7. & in recent. d. 418. num. 1. par. 1. & d. 670. num. 4. par. 4. & d. 94. num. 60. & 6. par. 7. & d. 738. num. 1. par. 2. ubi resolvit reservationem pensionis non facta mentione alterius pensionis super eodem beneficio reservata esse subreptam ac nullam; quia si Papa fuisset dictam pensionem, vel non concessisset secundam, cum non pensio duplici onere gravari beneficia, adnotata in c. *Mandatum inf. eod.* Callador. d. 3. de pens. cum aliis ibi allegatis, vel saltem difficilius concessisset quod sufficit ad causandum subreptionem, atque inde nullitatem gratiae, Socin. Sen. consi. 260. num. 2. Corn. consi. 245. num. 6. lib. 1. Cravetta consi. 296. num. 3.

67 Sed tu adverte, quia hoc conclusio non procedit, quando subreptio provenit ex ignorantia probabili; tunc enim

68 taciturnitas ejus, quo expresso rescriptum non ita facile fuisset obtentum, illud non vitiat, ut efficaciter probat textus in c. *Gratia de rescriptis*, lib. 6. tenendo prout communiter teneat, quod non ponat casum specialem: nam si Papa ibi scivisset de alio beneficio, non ita facile concessisset & tamen quia illa taciturnitas erat coeperta iusta ignorantia rescriptum valet; & ita illum textum ad hoc ponderant Abbas num. 5. Felinus num. 6. vers. *Limita secundo*: ex quo sequitur magna limitatio ad regulam d. cap. *Postulasti* in v. *De levi*, videlicet quod tacere id quo expresso Princeps non ita facile rescripserit, vitiat rescriptum: nam hac regula non obinet, quando taciturnitas provenit ex iusta ignorantia, ut per Felin. ubi sup.

69 Pro concordia potest dici primam opinionem glossae & sequamur procedere, quando tacetur id quod de jure erat exprimendum in litteris; tunc enim taciturnitas ut quumque non dolosa vitiat litteras, etiam si Papa eo expresso concessisset, quamvis non facile, ut cap. *Si nota proprio de prob.* l. 6. & constat ex dictis supra num. 58. Secus vero si per ignorantiam tacetur id, de quo non est cautum in jure, ut debeat exprimi; quia tunc litterae non vitiantur, licet eo expresso difficultius fuissent obtentae: ita glossa in Clem. 1. in ver. *Vel alteri*, paulo post prius, de proben. Calder. consi. 6. ad fin. vers. *vel per practica eodem tit.* & consi. 10. de rescriptione & consi. 1. num. de filius Presbit. Felinus hic num. 2. vers. *Et regula est* & in cap. *Postulasti* num. 1. vers. *Declara etiam infra eodem*, Rota d. 32. Extra Rotam num. 5. de rescriptis, in novis, ubi ait: *Non omnia tacita, quorum expressio movere potuisset ad denegandum gratiam, vitiant; sed ita solum de quibus rescriptum expressum, vel de quibus in jure est cautum, ut eis expressis non gratiam nullatenus concessisset; & ideo concessio facta per Papam criminose valet ipso jure*, cap. *Inter dilectos de excess. Pralat. cap. Accessus de accusat.* & notat praecipua gloss. in Clem. 1. & tamen si fuisset crimen expressum, hoc valde ponisset movere ad denegandum, cap. *Eam te de stat. & qualis. cum simi.* concordat Bellam. d. 697. *Conclusio extra Rotam* num. 4. & 6. Caputaq. d. 310. num. 3. par. 1. Mohedan. d. 7. de rescriptis. Rot. d. 105. num. 2. par. 2. recent. Navar. consi. 1. quaest. 11. de constit. & consi. 2. num. 5. de rescriptione & in aliis pluribus.

70 Verum huic concordiae adhuc foriter obstat textus in d. c. *Gratia de rescriptis*, l. 6. nam ibi deciditur, ut impetrans beneficium a Papa tacito alio, quod sibi absenti collatum fuerat ab Ordinario, possit utrumque retinere si sint compatibilia, habeat optionem retinendi quod maluerit; & redditor totum decisum, quia tempore impetrationis nesciebat & tamen fuit ignorantia tacitum beneficium quod de jure erat exprimendum d. c. *Si nota proprio de prob.* l. 6. Ergo subreptio ex iusta ignorantia proveniens non vitiat litteras, etiam si fuerit tacitum id quod de jure erat exprimendum.

71 Doctores dant varias solutiones, ut per Joan. Andr. in d. c. *Gratia* num. 2. & hic per Butr. num. 27. Abbas n. 5. & Bero. in prima *lectura* num. 41. Sed placet solutio ipsius Beroi num. 42. videlicet quod ubi subreptio ex iusta ignorantia proveniens, idcirco non vitiat litteras ad beneficia, quia ex ignorantia tacitum fuit beneficium, in quo impetrans jus in re non habebat, fed tantum jus ad rem; nam fuerat collatum beneficium absenti, & ignorantia per Ordinarium, quo casu absenti non acquiritur jus in beneficio, saltem in re & irrevocabiliter, nisi post ratificationem, ut cap. *Si ibi absenti de prob.* l. 6. & ideo subreptio proveniens ibi ex tam probabili ignorantia non vitiat litteras, quia ad hoc ut vitiet, debet taceri beneficium, in quo impetrans est acquiritum jus in re quantumcumque sit modicum: & ita procedit textus in d. c. *Si nota proprio*, de jure autem ad rem non est faciendum mentio in litteris Clem. *Gratia de rescriptis*, & hac est ratio, cur in d. c. *Gratia*, subreptio ex tollerabili ignorantia proveniens non vitiat, quia fuit tacitum id, quod de jure exprimendum non erat, licet eo expresso Papa non ita facile litteras concessisset.

72 Limitant nonnulli hanc tertiam regulam, ut non procedat si alius per absente litteras impetravit, quia subreptio non nocet absenti, & ignorantia, Rota d. 68. D. *Uchuanus V. de rescriptis*, in *antig.* quam sequitur hic Felin. num. 7. & Bart. Socinus consi. 270. *Consideratis ad fin.* sed eam confirmat Dec. num. 9. quia intentio rescribentis attenditur, & non ignorantia patris, licet probabilis. Adde tu, quod subreptio vitiat etiam quando alius pro eo impetravit, ut probat textus in c. *Si eo tempore*, ubi secus si ad postulatorem illius, vel alterius pro eo oblatum, de prob. l. 6. ubi hoc tenent Anch. in 3. not. & Franc. num. 3.

73 4. Regula, Subreptio per simplicitatem, vel ignorantiam, quae non fuit causa totius concessionis, sed parvis illius dimittatur, scripsum non vitiat in totum, sed extenuat

74 tantum quatenus fuit causa concessionis. Colligitur hac 4. reg. quae in ordine litterae est 2. ex illis verbis: *Nam si talis expressa sit falsitas, vel veritas occultata, quae quamvis fuisset tacita, vel expressa, nos nihilominus (soluten in forma communi) litteras dedissemus, Delegatus non sequens formam in litteris ipsi appositam, secundum ordinem juris in causa procedat.* Et sic rescriptum non vitiatur quoad substantiam, quia subreptio non fuit substantiae rescripti inductiva, ex quo Papa in forma communi litteras concessisset, sed vitiatur quoad formam, seu modum procedendi, quia subreptio fuit ipsius formae inductiva, & ideo delegatus non procedit secundum formam rescripti, sed secundum juris ordinem, & ita hanc regulam ponunt hic Abb. Antiqu. num. 1. vers. *Qui per simplicitatem*, Jo. Andr. num. 8. Butr. num. 3. vers. *Tertia regula*, Cardin. num. 13. in 3. & 4. reg. Imol. in *prin. Abb. Sicutus* in 2. not. & num. 4. vers. *Secunda regula*, Felin. num. 2. Dec. num. 8. in 3. not. & Quint. Mandolf. num. 7. Jo. Andr. Bald. Bellam. & omnes in sum. tex. Et simplicitas proprii respicit jus, ignorantia vero respicit factum, secundum Abb. Antiqu. num. 2. Joan. Andr. num. 11. & ratio hujus reg. est secundum Anton. de Butr. num. 3. vers. *Ratio secunda*; & Joan. de Imol. col. 4. *post medium*, vers. *Et illam opinionem*; quia vitium extenuat actum vitiatum debet, quatenus ingreditur actus substantiam, ut si quantitas infirmitatis actus mensuretur quantitate vitii; & hoc rationale. Si subreptio causat formam solum, illam tantum vitiat relicta substantia, & sequitur Rota d. 169. num. 8. vers. *Et bene applicatur elegans doctrina Butrii* par. 7. recent.

75 Exemplum in creditore, qui impetravit rescriptum contra debitorem, narrando per ignorantiam vel simplicitatem, ex latente vel consuetudine causas in iustitiam cognoscit simplicitate & de plano, quod falsum erat, cum vero in illa patri procederet in causis via ordinaria, non autem summaria, ut privilegiana & quae tollat plura substantia iudicii, iuxta textum in Clem. *Sepe de ver. signis*, & in Clem. *Dispendiosam de iudicis*; & sic ignorantia vel simplicitas impetrantis narrando hujusmodi consuetudinem vel Statutum, fuit causa inductiva formae rescripti, id est procedendi summarie & de plano; & ideo hoc forma vitiat, quia si Papa non fuisset narratum de hujusmodi consuetudine vel Statuto, sub tali forma litteras non concessisset; sed non fuit inductiva substantiae rescripti, quia etiam cessante Statuto vel consuetudine Papa in communi forma concessisset litteras & ideo non vitiat rescriptum quoad substantiam, sed perinde est, ac si causa simpliciter commissa fuisset absque illis clausulis insolitis. Iudex igitur delegatus vigore hujus rescripti non procedit summarie secundum formam rescripti, sed via ordinaria & Juris ordinem servato, iuxta text. in l. 1. & in *Auth. Officium*, C. *De lit. contest.* & in l. *Prolatam*, C. *De sent.* & in c. *Quoniam contra infra de probat.* Et hoc exemplum posuit hic Hostiens. num. 10. & post eum Joan. Andr. num. 3. vers. *Item in utroque* & Mandolf. num. 7. & alia plura exempla recentet, Joan. Andr. eod. num. 7. & Baldus in l. *Prescriptione* num. 16. & *seqq. c. Si contra jus vel utilit. publicam*, quae hic non transcribo, sed per te videas.

76 Ampliatur hac 4. reg. ut procedat etiam in litteris ad beneficia, in quibus pariter subreptio non dolosa, quae fuit causa unius rei illam solum vitiat & non aliam, cujus non fuit causa. Ita firmant hic Butr. Imol. Domin. & Abb. relati a Felin. n. 2. & idem Dominicus late in *repetitione*, cap. *Postulasti infra eodem* Rota dec. 4. *quidam obviavit de rescriptis in antiquis* & Calder. consi. 2. eodem titulo & probatur secundum Abbatem & Felin. in c. *Si eo tempore de rescriptis*, lib. 6. ubi subreptio circa aetatem impetrantis beneficium Curatum vitiat litteras quoad ipsum beneficium, non autem quoad beneficium simplex, in quo nulla fuit subreptio.

77 Limitatur primo hac quarta regula nisi obtentum per subreptionem habeat connexitatem cum reliquis, quia tunc ratione connexitatis subreptio vitiat omnia, textus est in cap. *Constitutus supra eodem*, qui loquitur in litteris ad beneficia & notat Abb. hic num. 5. vers. *Hoc verum* & post eum Felin. num. 2. vers. *Limita* 2. qui idem ponunt in litteris iustitiae, arg. c. *Si super de off. delegat.*, lib. 6. & sic intendunt, ut etiam si illa connexa sint talia, quibus expressis omnino litteras concessisset, nihilominus in illis non valent litterae propter connexitatem, quam habent cum partibus litterarum subreptis obtentis. Quod bene notat & idem Abb. in c. *Sedes* num. 4. ubi etiam Felin. num. 2. supra eodem Franc. in cap. *Si eo tempore* num. 4. de rescriptis, lib. 6.

78 Limitatur secundo, ut non procedat in privilegiis, quia per subreptionem etiam non dolosam vitiatur indistincte, ut hic firmant Butr. Imol. & Domin. relati a Felino num. 3. qui allegant Cyprium & Jacobum Butrigari. in l. *Pras-*

criptione, Cod. Si contra jus vel util. public. & Joan. Andr. in c. Cum dilecta infra eodem: & rationem reddunt, quia privilegium est Lex privata, & mens generalis & specialis concedentes in privilegio est precisa, quia precise intendit privilegium concedere. Sed in litteris contentiosis mens generalis referentis est inquirere, ut iustitia minuitur; & specialis est circa formam, ideoque vitium formae non viciat substantiam. Sed ut adverte, quia ut dicit Imola, etiam in litteris beneficiis mens Papae est precisa, quia precise, intendit beneficium conferre: & tamen in huiusmodi litteris subrepto non dolosa quae fuit causa unius rei illam solum vitiat, & non aliam, cu-

jus non fuit causa, ut dictum est supra num. 76. erga idem dicendum in privilegiis; in materia enim subreptionis privilegia, & litterae beneficiales participant, ut tenet Innoc. in c. Cum dilecta num. 3. vers. Quamvis in alio casu infra eodem, & Abb. hic num. 5. Unde merito praedictam limitationem reprobat hic Felin. num. 3. In glossa magna nota bene hanc glossam, quia est Magistra, & docet quae sint exprimentia in rescripto, ut videtur subrepto: & in materia vide decem regulas cum ampliationibus & limitationibus, quas collegit Felin. hic a num. 8. usque in fin.



DE RESCRIPTIS

Idem Innocentius III. in Concilio generali.

CAPUT XXVIII.

Nonnulli gratia Sedis Apostolicae abutentes, litteras ejus ad remotos iudices impetrare nituntur, ut reus fatigatus laboribus, & expensis liti cedere vel importunitatem actoris redimere compellatur. Cum autem per iudicium injuriis aditus patere non debeat, (quas juris observantia interdicit) statuimus, ne quis ultra duas dietas extra suam Diocesim per litteras Apostolicas ad iudicium trahi possit. Nisi de assensu partium fuerint impetratae vel expressam de hac constitutione fecerint mentionem.

Sunt & alii qui se ad novum genus mercimonii convertentes, velut sopitas possunt suscitare querelas, vel novas impingere quaestiones, fingunt causas, super quibus a Sede Apostolica litteras impetrant, absque dominorum mandato: quas vel reo (ne propter eas laborum vel expensarum dispendio molesteretur,) aut actori (ut per ipsas adversarium indebita molestatione fatigaret) venales exponunt. Cum autem lites restringendae sint potius, quam laxandae: hac generali constitutione sancimus, ut si aliquis super aliqua quaestione de caetero sine speciali mandato domini litteras Apostolicas impetrare praesumpserit, & litterae illae non valeant, & ipse tanquam falsarius puniatur. Nisi forte de illis personis extiterit, a quibus non deber exigere de iure mandatum.

SUMMARIUM.

- 1 Reus coram delegato Papa trahi non potest ultra duas dietas.
- 2 Episcopi, Archiepiscopi & Legati an possint causas delegare ultra duas dietas.
- 3 Episcopus extra Diocesim causas audire, aut delegare non potest.
- 4 Reus in qualibet parte Diocesis citari potest coram delegato ab Episcopo, etiam ultra duas dietas & numer. 6.
- 5 Metropolitanus non potest causas audire, vel committere, nisi in Diocesi sua, vel in Diocesi iudicis a quo sit appellatum.
- 6 Dieta non computatur a loco, ubi reus domicilium habet; sed a finibus suae Diocesis.
- 7 Si agatur actio personalis.
- 8 Et quid si actio reali, aut personalis in rem scripta, vel qua datur ad certam rem.
- 9 Reus tantum gaudet beneficio, ut trahi non possit ultra duas dietas, non autem actor.
- 10 Actor originalis si fiat reus in iudicio reconventionis, appellantis, vel alius, citari potest etiam ultra duas dietas a finibus suae Diocesis.
- 11 Actor in iudicio reconventionis dicitur potius citare, quam citari.
- 12 Reus conveniri potest ultra duas dietas, si partes expresso consentiant in iudices remotos.
- 13 Idem si Papa rescribat ex certa scientia.
- 14 Rei ex filo ad curiam trahuntur ultra duas dietas, nisi

- sint privilegiati.
- 15 Dieta hodie restricta sunt ad unam tantum, ultra quam si fiat delegatio, non valet sententia.
- 16 Dietarum tria sunt genera, & de quibus dietis hac constitutio intelligatur & n. seqq.
- 17 Hostiensis ex villa Secusia oriundus.
- 18 Verba ex communi usu loquendi sunt accipienda etiam contra naturam vocis.
- 19 Arbitrium iudicis succedit in his tantum qua a lege non sunt determinata.
- 20 Abbates benedicti, an possint consuram & minores Ordines conferre secularibus, in quos habent ordinariam jurisdictionem, non obstante cap. 10. sess. 23 Concilii Tridentini & num. seqq. usque in finem.
- 21 Concilio generali debet expresso & specialiter derogari, nec sufficit generalis derogatio. Contrarium num. 37. vers. Nec est omittendum. Declaratur num. 28. & seqq.
- 22 Regulares possunt secularium confessiones audire absque Episcopi licentia, quoties Episcopus eam exhibere recusaverit. Contrarium num. 43.
- 23 Privilegium in corpore juris clausum non censetur sublata per generale privilegiorum derogationem. Contrarium, num. 38. Declaratur, num. 41.
- 24 Privilegium conferendi minores Ordines concessum Ab-

- batibus in VII. Synodo generali, expenditur. Intellectus cap. Quoniam 79. distinct. iiii. & num. seqq.
- 25 Abbatum privilegium ordinandi seculares, in quos habent ordinariam jurisdictionem, non est insertum in corpore juris & num. 27.
- 26 Abbas si sit Presbyter & benedictus, potest Novitii sui Monasterii primam Clericalem conferre consuram, licet consuram sit ut abbas.
- 28 Conciliaria decreta non includuntur in derogationibus generalibus, si derogationes huiusmodi ponantur in litteris gratiae, & rescriptis contra jus.
- 29 Constitutio posterior tollit priorem directam contrariam etiam Conciliarium, licet de illa mentionem non faciat.
- 30 Concilia generalia habent clausulam derogatoriam ad sequentia rescripta contraria, non autem ad sequentes constitutiones, etiam si sint solius Papae.
- 31 Concilii generalis posteriori decretum tollit primum contrarium, quomodo generali Concilio expresso non deroget, aut de illo mentionem non faciat & num. seqq. & num. 35. usque ad num. 38. & num. 42. usque ad num. 49.
- 32 Rescriptum contra generale Concilium cur non valeat, nisi Concilio fuerit specialiter derogatum & num. seqq.
- 33 Lex Canonica vel civilis habens clausulam derogatoriam, non tollitur per contrarium rescriptum, nisi fiat mentio de illa specialiter, vel per verba acquiescentia.
- 34 Litterae Apostolicae, in quibus generali Concilio derogatur, sunt invalidae, non ex defectu potestatis Papae, qui est supra Concilium, sed voluntatis, & num. 44.

- 35 Testamentum primum habens clausulam derogatoriam, rumpitur per secundum: in quo sit clausula generalis, non obstantibus quibuscumque alius testamentis.
- 37 Intellectus c. Domino Sancto 50. dist. Constitutiones Conciliares si invicem sint contrariae, quantum ex illis servari debeat, ibid.
- 38 Privilegium clausum in corpore juris multo magis censetur derogatum, quam non insertum.
- 39 Derogatio generalis nunquam operatur circa ignorata in facto consentientia.
- 40 Privilegium insertum in corpore juris facit jus commune inter nominatos & de eo iudicatur quoad effectum derogatorium, sicut de iure.
- 41 Lex specialis in materia, in qua est privilegium clausum in corpore juris, tollit illud, etiam si de eo non fiat mentionem.
- 42 Concilium Tridentinum antiquioribus Conciliis, aut privilegiis clausis in corpore juris non censetur nominatim derogare, quod pluribus exemplis ostenditur & seqq.
- 44 Concilia omnia oecumenica manant ex eodem fonte Apostolice potestatis, sine qua non habent firmitatem.
- 45 Canonibus Apostolorum praedicitur per posteriores Canones.
- 46 Conciliaria decreta ita sunt interpretanda, ut non fiat inania & elusoria.
- 47 Praesumptio validitatis actus dicitur aliarum praesumptionum regina.
- 48 Clausula, Ex certa scientia & de plenitudine potestatis, item Clausula, Quorum tenores, in generali privilegiorum derogatione annullant etiam privilegia habentia clausulam derogatoriam ad sequentes contrarias dispositiones.

Nonnulli. Per litteras Apostolicas, de hac constitutione mentionem non facientes, non potest quis trahi ultra duas dietas extra suam Diocesim, nisi de consensu partium litterae fuerint impetratae: Hoc dicit usque ad §. sunt & alii, & dividitur in tres partes. Primo, ponit abusum imperantium iudices remotos. Secundo providet ibi, cum autem. Tertio, excipit ibi, Nisi.

Nota primo, per iudicem delegatum a Papa quem trahi non posse ultra duas dietas. Hae enim constitutio loquitur in delegatis Sedis Apostolicae, ut probat littera ibi, Gratia Sedis Apostolicae abutentes. Et infra ibi, Per litteras Apostolicas. Quid in delegatis ab inferioribus? Innocentius hic num. 5. tenet ordinarios, scilicet Episcopos, Archiepiscopos, ac etiam Sedis Apostolicae Legatos bene posse ultra duas dietas trahere litigantes, cum id non reperitur eis prohibendum. Sed alii contrarium quoad legatos a Metropolitanis & legatis Apostolicae Sedis, quos quidem legatos dicunt debere observare, quod observari Apostolice servavit, arg. 6. In casibus de re iudic. ut refert hic Compell. num. 4. in ver. Per litteras. Tu dicit in Legatis Sedis Apostolicae communem opinionem esse contra Innocentium, ut scilicet trahere non possint ultra duas dietas, Abb. Amic. in eod. ver. num. 2. Hollinsh. num. 13. Joan. Andr. num. 9. Abb. Siculus num. 3. in fin. & reliqui omnes. Rationem reddit Abb. Antiqui. quia cum legati nequeant contra Concilium dispensare, c. Dilectus, c. Dilectus, & c. Venerabilis de praeb. hanc regulam observant, eorum scilicet ab Innocentio III. in generali Concilio, ut patet in superscriptione in delegatis a Metropolitanis, Hollinsh. hic eod. num. 13. tenet cum Innocentio, ut scilicet non ardeatur hac constitutione, eo quod Ordinarii communiter non habeant Provincias admodum diffusas: unde non potest de facili reus enormiter gravari; nec est considerandus casus specialis contrarius si occurrat, arg. c. Erit autem Lex 4. dist. Sed Abb. Antiqui. distinguunt; nam aut Metropolitanus vult in propria persona, vel in sua curia examinare causam & potest trahere litigantes etiam ultra duas dietas; quia ex tota Provincia confluit ad iudicium Metropolitanum, c. Scitote 6. q. 3. Aut vult negotium delegare; & satis aequum est ut delegatus extra Diocesim ultra duas dietas non citet, & sic moderabitur Archiepiscopus suos delegatos secundum constitutionem Ecclesiae Romanae: nam satis indignum est quemquam Pontificum, vel ordinem sequentium hanc observantiam refutare, quam Beati Petri Sedem sequi vident de docere, c. Basilicas de consec. dist. 1. Idem concludit in Episcopis. Sed certe hac constitutio, quae permittit, ut Delegatus citare possit infra duas dietas a finibus Diocesis applicari non potest delegato ab Episcopo Diocesano; quia Episcopus nec infra unam dietam extra fines suae Diocesis potest causas delegare, c. Episcopus cum duob. seqq. q. 2. c. Placuit 7. q. 1. & Clem. 1. de foro compet. cum multis similibus. In Episcopis ergo tenent, quod statuitur in c. cum. Episc. de off. Ordinari. l. 6. ut scilicet

tam per se, quam per alium possint causas audire & tribunal erigere in qualibet parte suae Diocesis, dummodo non in loco exempto. Et in Metropolitanis serva quod statutum est in c. Ut litigantes eod. tit. & lib. ut hic per J. Andr. n. 9. & Abb. num. 4. Quocumque enim subditi trahantur, dummodo non extra suam Diocesim, non possunt conquiri, nec ladiur mens huius constitutionis, quae non prohibet reum citari, nisi ultra duas dietas extra Diocesim, secundum Abb. hic numer. 2. & mox subiungit.

Secundo nota ibi, extra Diocesim; dietas non esse computandas a civitate, vel oppido, ubi reus domicilium habet; sed a finibus suae Diocesis, ut hic & apertius in cap. Statutum, §. cum uxor, v. Nullus infra eod. l. 6. Rationem reddit Joan. Andr. hic num. 8. & Abb. num. 2. quia nullum gravamen inferitur ex imperatione Iudicis intra Diocesim, cum per totam Diocesim trahi possit coram ordinario, ut in d. c. cum Episcopus de offic. ordina. in 6. Quod tamen verum est, si agatur actio mere personalis, quae scilicet non est in rem scripta, nec datur ad certam rem, ut actio Legis Aquiliae, ex stipulata & consimiles. Tunc enim computantur dietae a finibus Diocesis, ubi reus habet domicilium, ut hic. Secus vero si agatur actio reali, aut actio personalis in rem scripta, ut sunt interdita, quae licet personalia sint, in rem tamen scripta sunt, ut l. 1. §. penult. ff. de iurisd. & notatur in l. 3. §. est autem, ff. ad exhiben. vel si agatur actio personalis, quae datur ad certam rem, ut actio depositi, commodati & similes: his enim casibus computantur dietae a loco, ubi res sita est; ut infra in c. Proximo secundum opinionem glossa in d. c. Statutum, §. Cum verum in ver. Unam dietam infra eodem lib. 6. Innocent. hic num. 3. & 4. & hoc propter odium trahentium ad extraordinarios iudices: nam alias bene licet in reali actioe rem convenire, ubi habet domicilium, licet alibi res sita sit, l. fin. C. de praescrip. long. temp. par. vel secundum Compell. quando agitur actio reali, aut personalis in rem rescripta vel ad certam rem, fit computatio non tantum a loco, ubi res sita est; sed etiam a Diocesi ubi reus domicilium habet, unde si a fine Diocesis, in qua est res, essent ultra quam duas dietas usque ad locum, ad quem citatur reus, non autem a fine Diocesis, in qua reus domicilium habet; per huiusmodi citationem non laderetur haec constitutio, arg. infra c. Proximo, ibi: Ex hoc videatur domicilium habere, & c. qui textus innuit, ut si ibi habeant domicilium, bene possunt a fine illius Diocesis computari dietae & tamen ibi actioe reali; scilicet super Ecclesia actor intendebat agere, atque ita erat in potestate illius computare dietas, vel a loco rei sitae, vel a loco domicilii conventi, si hoc impetranti expediret, quantum ad hoc, ut reus non posset conquiri, quod ultra duas dietas traheretur.

Tertio nota ex illis verbis, ut reus fatigatus laboribus, & expensis, liti cedere, vel importunitatem actoris redimere compellatur. Hanc constitutionem fuisse editam in favo-